resistens et ecclesiae Dei hostis totiusque pacis et christianitatis dissipator anathemate usque ad satisfactionem teneatur omni tempore annexus[19]).

Responderunt: Fiat, fiat.

Item summus pontifex:

Patratores et incitatores pessimi huius consilii, qui profecto, cum ministri sint diaboli, sua quaerunt, non quae Iesu Christi, et in imperium subintroducere simultates et discordiam[l]) moliuntur ac fraudulentum[m]) inmittere scisma[i']) ad confundendam ecclesiae unitatem regnique[k']) congruum statum et ordinem reique publice utilitatem et tranquillitatem[n]) conantur, si deinceps in talibus inventi fuerint, siquidem ecclesiastici viri extiterint[o]), tamquam veri[p]) scismatici et[l']) a capite dissidentes omnimodis deponantur, laici vero et monachi perpetuo anathemate feriantur[20]).

Et[m']) responderunt omnes tertio[q]): Fiat, fiat, fiat[r]).

Subscripsit ergo domnus papa et cum eo episcopi qui affuerunt[s]).

---

l) discordias *M.* m) fraudula mente *M;* fraudulentiam *H;* fraudulentia *P, Bi, Ba.* n) et tranquillitatem *fehlt M.* o) *verbessert aus* exstiterunt *R.* p) viri *M, H, P, Bi.* q) *fehlt M, Bi.* r) *am Rande* et iterum *R; drittes* fiat *fehlt M.* s) Subscripsit ... affuerunt *fehlt M.*

---

i') schismata *Ba.* k') regni *Bi.* l') utque *Bi.* m') *fehlt Bi.*

---

19) *Vgl. ebd.*
20) *Vgl. ebd.*